



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 116. Horum consilio obluctatus Granatensis Archipræsul.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæcul XVI.** scopi (\*) illam rursus proponere, ac pro  
**A. C. 1562.** illius acceptatione suffragia colligere  
 statuerunt, postmodum tamen eorum potissimum quamdam concordiam rationem inire studebant.

## §. CXVI.

*Horum consilio oblitatus Granatensis Archipræsul.*

*Pallav. l. c.* Postea ex hisce Præsulibus Hispanis plures, atque inter eos Guerrerus Granatensis Archiepiscopus, necnon Ayala Segobiensis Antistes colloquii copiam petebant, ubi ambo hi Præsules magna verborum contentione perorabant, hæc exponentes: jure optimo petimus, ut Canon ille, qui ætate Julii III. constitutus fuerat, iisdem vocibus promulgetur, atque dum agebatur de Sacramento Ordinis, ac de Hierarchia, minime dissimularentur prærogative a Christo traditæ Episcopatus, qui Supremus est inter Ordines, & gradus præcipuus Hierarchiæ. Id ubi recusabitur, querelas nostras deferemus ad Regem Catholicum, ac reliquos Principes, nec Synodum ultra accedemus. Adjecit præterea Guerrerus Granatensis

(\*) Idem non ab Episcopis Hispanis, sed a Papæ Legatis factum fuisse testatur Pallavicinus.

Sacrol. XVI.  
A.C. 1562.

sis Archiepiscopus, a se gravissimæ sibi contumeliæ verti, quod nonnulli a quibusdam idcirco notarentur exiguæ fidei ac reverentiæ erga Apostolicam Sedem, cum in hoc tamen ipse hac in re nemini cederet, & ad firmissimum fidelitatis suæ argumentum peteret, ut poneretur in Canone, Episcopos ex jure divino subjectos esse Romano Pontifici, eosque obstrictos esse, ut eidem obtemperarent. Ceterum Petrus Guerrerus Præful erat scientia eminens, plenusque Zelo reformandæ Ecclesiæ, cujus quoque emendationem sincere exoptabat, ac propterea arcto foedere junctus erat cum ceteris omnibus Episcopis, qui eadem fovebant desideria. (\*)

§. CXVII.

*Legatorum anxietas ob hanc oppositionem.*

Cum ergo Legati ambos hosce Præfules vehementius excandescere cernerent, contentionem declinandam censebant, quapropter Mantuanus Cardinalis cum summa animi moderatone, morumque comitate eisdem respondit,

Pallav. c. 16  
num. 3.

(\*) Quam intempestivum sit hujus Præfulis encomium, Lectori hucusque gesta pervolventi, ac Continuatoris animum penitus inspicienti ad oculum patebit.